



Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisvrgensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarium, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Administratores Monachi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13578

WOLFGANGVS el. an. 1540. administravit An. tres cum dimidio.	sumislov	XXXVIII.
IOANNES el. An. M. D. L. sed. an. 14.	sumislov	XXXIX.
JACOBVS assumptus An. M. D. L. I. sed. an. XVII.	sumislov	XL.
IOACHIMVS, euehitur An. M. D. L. XVIII. rex ita. XIII.	sumislov	XLI.
SIGISMUNDVS elect. An. M. D. XX. C. sed. an. IV.	sumislov	XLII.
IOANNES II. elig. Ab. M. D. XXXV. rex. an. IV.	sumislov	XLIII.

Administratores Monachi.

IOAN. WEINHART. M. D. XC. an. 2.

BERNHARDVS Hiltz. M. D. XCII. an. 3.

CYRIACVS Empel. M. D. X. CIII. an. 3.

Incidit circa hæc tempora tercia circa hoc Monasterium mutatio; à Bénédictinis enim Monachis ad Patres Societ. IESV fuit devolutum per Sum. Pont. Clementem VIII. sicut ex Diplomate suo sanctis. subnotato appetet.

CLEMENS Episcopus Seruus Seruorum Dei, ad perpetuā rei memoriam. Cælestis patris prouidentia ad summum Apostolatus apicem euedi, tamquam de excelso monte ad ima agri irrigui Militantis Ecclesiæ nostrum dirigen-tes intuitum, considerantesque laboriosam atque indefessam operam, quam veneranda Societas IESV in seminanda sapientia salutari inter cæteros ipsius agricultores ubique præstat, dignum quin potius debitum reputamus, ut illius Collegia & loca congruæ sustentationis adminiculis etiam per suppressionem regularium locorum minus utilium confoueamus, ac alias desuper disponamus, prout Nobilium virorum vota expertunt, & temporum condicio persuaderet, nosque conspicimus salubriter in Domino expedire. Sanè pro parte dilecti filii Nobilis viri Ducis Bauariae nobis ruper exhibita petitio continebat, quod cum in Monasterio Ebersberg nuncupato, propè & extra muros oppidi Monachij Ordinis Sancti Benedicti Fribingensis Diœcesis, quinque Monachi vel circa super-sint, ipsiq; vitam licentiosam, & regularibus institutis dicti ordinis parum conformem ducant, & vix aliquod futuræ emendationis specimen præ se ferant, atque ita scandali potius, quam ædificationis occasionem præbeant, & si in dicto Monasterio ordo ipse ac omnis status regularis perpetuo supprimeretur, illiusque fructus, redditus & prouentus Collegio Societatis IESV in dicto oppido, quod celebre in primis & frequens, ac erudiendi juuentutis, aliisque piis dictæ Societatis exercitiis, etiam propter vicinarum ciuitatum opportunitatem, quæ in eis vberes quotidie in vinea Domini fructus produci possunt commodum existit, in instituto applicarentur. Vno verò alias dicto Collegio de Mallersdorf e- jusdem Sancti Benedicti, ac de Schambaupten Sancti Augustini Canonicorum Re-gularium Ordinum Ratisbonensis Diœcessis Monasteriorum, alias Apostolica au-toritate facta, perpetuo dissolueretur, illaq; in pristinum statum ad effectum, vt in eiusdem Religiosi ordinum suorum huiusmodi per illorum superiores, quibus id vtile & gratum erit, introducantur, restituerentur, & alia, quæ sequuntur fierent, quo casu dictus Guilielmus Dux annuos redditus duorum millium florenorum Monasterio celebri, sed tenuioribus subnixo redditibus Montis San-cti eiusdem Ordinis S. Benedicti Augustanae Diœcessis prouinciae Moguntin. in aug-mentum dotis illius assignare paratus est, ex hoc omnium huiusmodi locorum statui & felici successui cum majore Dei laude & seruitio, populique ædifica-tione opportunè prouisum foret. Quare prædictus Guilielmus Dux nobis hu-militer supplicari fecit, ut præmissis annuere, aliasque desuper opportune pro-uidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nosigitur, qui dudum inter alia voluimus,